



77

PALAESTRA LATINA



Ordinarii et Superiorum permissu



Pio PP. XII Pontifici Maximo

Vigesimo quinto recurrente anno a quo in
Episcopatum coaptatus et euectus est.

*Salve, quem ovilis constituit ducem
Christus Redemptor, teque per ardua
Mundi viarum jussit agnos
Pascere et ad patriam referre.*

*Adversus hostes, te duce, strenui
Bellum geremus, pectore fervido
Donec Magistri pax amata
Fulgeat irradietque semper*

*In orbe. Vivas, o Pater omnium,
Multos in annos, fastaque litteris
Expressa vitam, gesta, voces
Duodecimi memorent Piorum.*

H. MARTIJA, C. M. F.

S U M M A R I U M

Pio PP. XII	(MARTIJA)
Claretianus, Claretista, Clarettianus?	(MIR)
In Navem!	(SARMIENTO)
O navis...	(POMBO)
De Orthographia Latina	(JIMÉNEZ)
De re navali	(MIR)
Compositiones Vertendae	(PALAESTRICUS)
De erratione Georgii	(AVENARIUS)
Bibliographia	(MIR, HERRERA)
Homeri Odyssea	(I, 237-329)
Curiosa et Jocosa	(NUGATOR)

Homeri Odyssea (I. 237-329)

εἰ μετὰ οἷς ἐτάροισι δάμη Τρώων ἐνὶ δῆμῳ ἢ φίλων ἐν χερσίν, ἐπεὶ πόλεμον τολύπενυσεν· τῷ κέν οἱ τύμβον μὲν ἐποίησαν Παναχαιοί, ἠδὲ κε καὶ ᾧ παιδὶ μέγα κλέος ἦρατ' ὀπίσσω.	240
νῦν δέ μιν ἀκλειῶς ἄρπυιαι ἀνηρείψαντο· οἴχετ' αἴστος ἄπυστος, ἐμοὶ δ' ὀδύνας τε γόους τε κάλλιπεν. οὐδέ τι κείνον ὀδυρόμενος στεναχίζω οἶον, ἐπεὶ νῦ μοι ἄλλα θεοὶ κακὰ κήδε' ἔτευξαν. ὄσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι, Λουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ, ἠδ' ὄσσοι κραναὴν Ἰθάκην κάτα κοιρανέουσιν, τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται, τρύχουσι δὲ οἶκον. ἠ δ' οὔτ' ἀρνείται στυγερόν γάμον οὔτε τελευτήν ποιῆσαι δύναται· τολ δὲ φθινύθουσιν ἔδοντες οἶκον ἐμόν· τάχα δὴ με διαρραΐδουσιν καὶ αὐτόν. τὸν δ' ἐπαλαστήσασα προσηύδα Παλλὰς Ἀθήνη· „ὦ πόποι, ἦ δὴ πολλὸν ἀποικομένου Ὀδυσῆος δεύη, ὃ κε μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφέλη. εἰ γὰρ νῦν ἐλθῶν δόμου ἐν πρώτῃσι θύρῃσιν σταίῃ ἔχων πῆληκα καὶ ἀσπίδα καὶ δύο δοῦρε, τοῖος ἔων, οἶόν μιν ἐγὼ τὰ πρῶτα νόησα οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ πίνοντά τε τερπόμενόν τε, ἔξ Ἐφύρης ἀνιόντα παρ' Ἴλου Μερμερίδαο· ᾧχετο γὰρ καὶ κείσε θεῆς ἐπὶ νηὸς Ὀδυσσεύος φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὄφρα οἱ εἴη ιοὺς χρίεσθαι χαλκήρεας· ἀλλ' ὁ μὲν οὐ οἱ δῶκεν, ἐπεὶ ῥα θεοὺς νεμεσίζετο αἰὲν ἔοντας, ἀλλὰ πατήρ οἱ δῶκεν ἐμός· φιλέεσκε γὰρ αἰνῶς· τοῖος ἔων μνηστῆρσιν ὀμιλήσειεν Ὀδυσσεύς· πάντες κ' ὀκνύμοροί τε γενοίετο πικρογάμοι τε. ἀλλ' ἦ τοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κείται,	245 250 255 260 265

La Fiesta Santificada

Lauria, 5 (Apartado, 1042) Barcelona

La hojita de propaganda religiosa más popular en toda España. Se reparte en muchas parroquias los domingos y fiestas del año.

Misioneros Mártires. — Historia de dos Niños. — Angel de la Juventud. — El Niño y la Niña piadosa. — Misa y Vísperas. — Espíritu del Beato P. Claret. — Bloks Claretianos. — Maná del Cristiano.


GRAFICAS CLARET
Lauria, 5 (Apartado 1042) Barcelona

FABRICA DE MEDALLAS
CRUCES :: DISTINTIVOS
INSIGNIAS :: ETC.

AUSIÓ

PROVENZA, 376
BARCELONA

FOTOGRAFADOS
M. SOLANO



Aribau, 9, interior - Teléfono, 30255

BARCELONA

ENCUADERNACION
EDITORIAL
Y PARTICULAR

J. NAVARRO

MATILDE, 7
TELEFONO, 78193
BARCELONA (G.)

COCULSA
P. de Rosales, 48 - MADRID

Camino Recto. — Mi Jesús. — Mi Angelito. — Misal Diario. — Colegial o Seminarista Instruido. — Devocionario Anoniano. — Kempis Eucarístico. — Horas del Corazón. — Visitas al Santísimo. — Tesoro de Indulgencias. Manual de Liturgia Sagrada. — Triunfos y Grandezas de María. — Tratado de Arqueología y Bellas Artes.

REVISTAS

Editadas por PP. Misioneros del Corazón de María
Buen Suceso, 22 - MADRID

Ilustración del Clero (mensual)
El Iris de Paz (quincenal)
El Misionero (mensual)
Tesoro Sacro Musical (mensual)

www.culturaclasica.com

Textos Palaestra

Preparados por PP. Misioneros del C. de Majía

Pídanse a la Administración:

Lauria, 5 (Apartado, 1042) - BARCELONA

Hist. Sacrae Compendium
para el primer Curso latín 4 ptas.

Epitome Historiae Graecae
para el 2.º curso . . . 5 ptas.

Ciceronis Epistulae Selectae
para el tercer curso
sólo texto latino . . . 1 pta.
con notas y vocabulario 3 ptas.

Ciceronis Pro Archia Poeta
para el 4.º Curso de latín
sólo texto latino . . . 1 pta.
con notas y vocabulario 3 ptas.

Ciceronis in Catilinam
para el 4.º curso
solo texto latino . . . 1 pta.
con notas y vocabulario 3 ptas.

Vergili Aeneidos liber II
para el 5.º curso
sólo texto latino . . . 2 ptas.
con notas y vocabulario 4 ptas.

Prudentii Carmina Selecta
para el 6.º y 7.º curso . . . 6 ptas.

1.º Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestiona-
rio Oficial 3 ptas

2.º Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestiona-
rio Oficial 5 ptas.

Horatiana

Colección de Estudios
Horacianos. 6 ptas.

Palaestra Latina

Agotadas las colecciones completas,
sólo podemos servir varios
años sueltos.

Cada año retrasado . . . 12 ptas.

REPETITORIUM

en tela (papel superior) 15 ptas.

en cartóné 12 ptas.

De este hermoso libro de prácticas de latín, más que cuanto nosotros pudiéramos decir, lo declara elocuentemente la siguiente carta que el Excmo. y Rdm. Sr. Dr. D. Miguel de los Santos Díaz de Gómara, Obispo de Cartagena y A. A. de Barcelona, ha tenido a bien dirigirla a su autor.

El Obispo de Cartagena, Administrador Apostólico de Barcelona
9 de Diciembre de 1941

Rdo. P. José M.ª Jiménez Delgado, C. M. F.
Ciudad

Muy estimado en el Señor: He recibido el ejemplar de su REPETITORIUM, que con su grata del 5 ha tenido Vd. la bondad de remitirme.

Le felicito cordialísimamente por esta nueva Obra, a la que efusivamente bendigo y para la que anhelo vivamente el mayor éxito. Con la graduación de sus temas, con lo atractivo de su contenido, con las ilustraciones del texto y demás facilidades que ofrece su Libro, ciertamente ha de ayudar a cuantos se sirvan de él en la pronta adquisición de la lengua del Lacio, cuyo aprendizaje cuesta a veces por no tener a mano guías tan adecuadas como este REPETITORIUM, cuyo empleo tanto facilitará su labor a los alumnos de latín. — Una vez más demuestra V. con esta obra cuánto se preocupan los Hijos del Inmaculado Corazón de María en seguir las huellas del Bto. P. Claret, que no solamente fué tan excelso Misionero, sino fomentador constante de las ciencias eclesiásticas, como lo es su Congregación, cuidando ante todo de divulgar el conocimiento de la lengua oficial de la Iglesia, que es a la vez la llave de oro de la antigua sabiduría.

Con todo afecto a V. R. saluda, felicita y bendice

† EL OBISPO, A. A.

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

PALAESTRA LATINA

SEU DE LATINITATE COMMENTARIUS ALTERNIS MENSIBUS EDENDUS

Pretium subnotationis annuae, solutione antelata, est 20 pesetarum in Hispania et Lusitania, 11 pes. in America et Philippinis insulis, et 12 pes. in reliquis civitatibus - Pretium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Bareinone - Apart. 1040

Claretianus, Claretista, Clarettianus?

Quos prius de cognomine «Claret» in PALAESTRA (n. 69 et 70) ludos fere dicam *philologicos* edidimus, hi, quaecumque fuerunt, admirationem simul et controversiam suscitaverunt. Ut vero magis magisque pateat res, nobis claretianis praestantissima, in ea adhuc immorabimur.

In primis quid alii senserint videamus.

1) A. R. P. JOHANNES POSTIUS, C. M. F. - *Romae* (18 - XII - 41) ita scribit:

«He leído con mucha satisfacción el trabajo del R. P. Mir, n. 69 y 70 de PALAESTRA LATINA sobre el apellido *Claret*. No puedo menos de felicitar al autor y no menos a V. R. que en tiempos tan difíciles mantiene alto el prestigio de nuestra querida revista... Creo que el R. P. Mir no disgustaría al P. José Matteocci si se hiciera cargo del artículo de «*Il Messaggero*» que reproduce en el «*Secretariado Claretiano*», en donde verá que toca otra razón para el «*Clarettiano*» en Italia.. La discusión sobre el *Claretiano* etc. la tuvimos muy amplia en Enero y Febrero de 1934 con motivo de la entonces próxima Beatificación, y prevaleció el nombre de *Claretiano*. En la Junta del Secretariado estaban los PP. Girón, Vila, Lorenzo, Palacios, etc. No reñimos por ello, ni antes por el empeño de los *Claretistas*... Advierta que hay *Claret* en Francia, Bélgica, etc., de modo que pretendían que el Beato era en su origen francés, belga, etc.

2) R. P. JOSEPHUS MATTEOCCI, C. M. F. - *Albani ad Romam*.

«Vi prego di non voler credere a un «lapsus calami» se nei miei articoli apparirà il termine «clarettiano» con due t.

E' mia ferma convinzione che il nostro appellativo debba scriversi in questa forma e non con una sola t, per ragioni che io credo inconcusse, e che appunterò qui brevemente per far piacere a coloro che desiderano una spiegazione, senza perciò pretendere far legge agli altri di un mio povero giudizio.

Le ragioni che mi portano a correggere in questo senso la grafia di quel nome sono di carattere morfologico, niente personale, e derivano dall'indole della nostra lingua e dalla natura del nome dal quale ripetiamo quell'appellativo.

Il nostro B. P. Fondatore si chiama *Clarét*, e non *Cláret*. Ora l'indole della lingua vuole che nel formare un derivato da un nome che termina in consonante con

l'accento sull'ultima, si raddoppi quella consonante. Dunque: da Clarét, Claretiano. La forma fin qui usata: Claretiano, fu coniata da un curiale il quale erroneamente pronunziava Cláret. Noi abbiamo sempre sorriso a quella pronunzia; ma poi, con evidente inconseguenza, abbiamo adottata la forma «Claretiano» che deriva correttamente (!) da quella pronunzia sbagliata.

Inoltre, stando al significato del nome, esso vorrebbe essere un diminutivo catalano derivato da «claro» formato con un suffisso che ha il suo corrispondente in tutte le lingue neolatine, e che in italiano verrebbe a essere il suffisso «etto». Traducendo, si avrebbe «Claretto» o «Claretti» o come si voglia, ma con due *t*. Ridurre, nella flessione, le due *t* a uno è cambiare sostanzialmente la parola. Nessuno infatti ho trovato fin qui, il quale conoscendo l'indole della nostra lingua, abbia sospettato che quel «claretiano» possa mai essere derivato da un diminutivo in «etto». Qualcuno, anzi, ci ha riportato addirittura a S. Clara.

Raffrontando queste due ragioni che si completano e rafforzano, risulta chiaro, se la logico non è un'opinione, che la nostra convinzione non è campata in aria, ma che riposa su buone basi. (*Messaggero del Cuore di Maria*, Aprile 1939).

3) R. P. CAROLVS MESA C. M. F. (Columbianus). - *Romae* m. Jan. 1942.

De cognomine *Claret* ejusque derivatis, quam in PALAESTRA edidisti lucubrationem attente legi. Meam liceat proferre sententiam quam tuae submitto eruditioni. Derivatam illud «CLARETISTA» (de hispano loquor sermone) non omnino rejiciendum existimo. Est enim consonum hodiernae linguae evolutioni, immo et novam sc. vim includere videtur. Exemplo conabor probare. Cum tu, v. gr. aliquem scriptorem *claretianum* appellas, vel eum de Claret scripsisse potes intellegere vel tantum esse Congregationi claretianae adscriptum, quin rem claretianam attigerit. *Claretista* vero vel de Claret vel potius pro Claret scripsisse videtur indicare. Sic, exempli gratia, Emmanuel Pardinilla, Cepeda, Jovaeus noster, viri illustres, scriptores appellarentur *claretiani* eo quod Congregationi claretianae dederint nomen: dum Marianus Aguilar, Thomas Echevarría, Puigdessens, Postius, ceterique omnes, licet non C. M. F., qui et amore et industria de rebus claretianis disseruerunt, merito *claretistae* titulum vindicarent (Cfr. *tomista*, *suarista*, *cervantista*, *tratadista* et id genus sexcenta). Nonne tibi videtur vocabulum «*claretianum*» generaliore sensum, «*claretista*» vero vim quandam apologeticam continere? Ego, si in me esset, utrumque pro casu adhiberem, nisi tu, Joseph, ea qua soles copia et eruditione, contrarium demonstras.

* * *

Quidni, bone Carole? quanquam per privatas litteras, tibi et ornatissimo Patri Postius sententiam meam prius significavi, nunc omnibus palaestritis aperiam, ut perspicua et manifesta fiat res ad cujus controversiam vos faces praetulistis.

1) CLARETIANUS ET CLARETISTA. — Gaudeo te, optime Carole, lucubrationem de Claret ejusque derivatis attente perlegisse atque de «*claretista*» me in controversiam vocasse. Quam tu profers sententiam, non tantum ego probaveram, sed eam ani-

mo tenebam et typhothetis edendam mandaveram cum, amici nutui obsequens, fere abjeci. Sed optime tu emendasti, nam suffixum *-ista* —de graeco fonte— licet parum a romanis usurpatum (*grammatista, ballista*) notionem agentis secum fert, quae deinde ad cujusdam officii nobiliores cultores designandos olim inservit: eaque hinc exorta est distinctio inter v. gr. *carpintero* et *ebanista*, *organero* et *organista*, *cajero* et *cajista* (cfr. gal. *jardinier-jardiniste, menuisier-ebeniste*); atque praeterea ope hujus suffixi, cujusdam disciplinae aut viri nobilis in scientiis, in philosophia, in re publica sectatores innuntur (= *artista, dentista, darwinista, gongorista, derechista, falangista, romanista, marista, marianista, corazonista*, cet.) Igitur —ut tibi sententia arripet— scriptores de aliquo viro aut arte hoc sibi vindicabunt suffixum illudque «vim quandam apologeticam continebit». *Claretista* ideo noster erit sectator, defensor Bti. Claret ejusque rerum.

2) DE COGNOMINE «CLARET». — a) Licet consilium meum fuerit originem cognominis CLARET investigare et statuere, tamen id, ut mihi visum est, tantum argumentis probabilibus sum assecutus.

b) Ex legibus topographiae et onomasticae collegi: CLARET cognomen —ut alia innumera catalaunica et hispanica— a quodam loco seu vico procedere potuisse. Et reapse nomen cujusdam loci in celsonensi dioecesi inveni et praeterea documentum quod subscribebatur a «fratre Bernardo DE CLARETO», quod ut verum cognomen tunc temporis habendum censeo; illud vero a patrono loci vel ab aliis incolis propagari valuit. Cui quidem hypothese firmitatem praebent verba quae ex «Enciclopedia heráldica y genealógica Hispano-Americana» excerpteram.

c) Quae omnia animum moverunt atque adduxerunt ut notationem seu etymon vulgatum: *Claret* = *clarulus*, minus probarem, fere respuerem et minima saltem probabilitate gaudere assererem. —Lexica geographica catalaunica perlustravi et ad triginta ferme ipsemet numeravi vicos qui prima fronte deminutiva apparent —nam in *-et* desinunt—, sunt tamen ab *-etum*, —suffixo abundantiae— conflata. Ex iis, si quae in cognomina transierunt, non erunt certo deminutiva habenda. Nonne?

d) Non infitior —ut optime animadvertis, Adm. Rde. Pater—, cognomen CLARET apud alias nationes exstare; illud, ni fallor, habent galli (*Claret* et *Clairret*) et helvetii. Nisi tamen luculenter probetur relationem cum illis habere nostrum cognomen, non est cur ad externos accedamus, cum in patria nomen habeamus et optimam ex eo solutionem afferre possimus.

e) Non est cur animo volvamus a quo loco procedat —ex iis qui sunt in Catalaunia—, CLARET cognomen. Tres saltem exstant: duo in llerda provincia, alius prope Tremp, alius ad Celsonam, tertius in Barcinone provincia prope Minorissam. «Enciclopedia Hispano-Americana» originem cognominis ducit ex vico qui est ad Tremp; ex documento vero in deditione castris Llorens exarato, forsitan quis originem e loco qui ad Celsonam est, deducat.

JOSEPHUS M.^a MIR, C. M. F.

(Sequar)

IN NAVEM¹

O navis, validis quis tua viribus
afflavit veteris pectora roboris,
ludas ut scopulos aequoris horridi
multo funere territos:
Prodentes etenim vidimus in vada
confisos nimium perdere navitas,
rauci ludibrium flebile turbinis,
genti aut pabula lubricae.
Temnas ut tumidos, qui mare concitant,
undarum cumulos signaque bellica,
Imas perque freti, per superas plagas,
curvis prodita puppibus;
Sic quandoque pavet terrigena inscius
fractorum accipiens murmura fluctuum,
quassae membra ratis aut vaga corpora
plumbum quae quatit, ominans.
Ullum te vetuit usque periculum
constantem rapidis findere gressibus

Villae Rosarii in Arg.

duri terga salis aestibus invit
tactam sidere dextero.
Auri saepe furor sollicitat viros
ponto se temere credere perfido,
mollis divitias quaerere gaudii
regnorumve cupidinem.
Questus non inhians aut mala faenora,
torvo quae sapidum lumine cernimus,
quae fratres coeunt Martis in agmina,
vasto gurgite laberis.
Sed quis te facilis uda per avia
ducit pacifici litoris ostia,
permisitque cito remige devium
longi carpere tramitis?
Non vim ducis opum; te bona divitis
aeris non agitant. Te tulit emicans,
supremum placido numine Praesulem,
summum Stella maris Patrem!

RAYM. SARMIENTO, C. M. F.

O NAVIS²

O navis, referent in mare te novi
fluctus? O quid agis? Fortiter occupa
portum. Nonne vides, ut
nudum remigio latus
et malus celeri saucius Africo
antennaeque gemant, ac sine funibus
vix durare carinae
possint imperiosius
aequor? Non tibi sunt integra lintea
non di, quos iterum pressa voces malo,

quamvis pontica pinus,
silvae filia nobilis,
jactes et genus et nomen inutile:
nil pictis tumidus navita puppibus
fidit. Tu, nisi ventis
debes ludibrium, cave.
Nuper sollicitum quae mihi taedium,
nunc desiderium curaque non levis,
interfusa nitentes
vites aequora Cycladas.

Habetis, pueri, alteram R. Pombi versionem in cujus aemulationem vos in superiore PAE AESTRAE LATINAE fasciculo concitabam (Cfr. n.º 72 pag. 37).

*¡Vuélvente, oh nave, a la mar las nuevas
[olasl
Qué haces? aferra al puertol ve sin remos
la banda y roto el mástil al violento
Africo, y gime cada antena, y cómo
lidiará el fiero mar nave sin cuerdas?
Ya no tienes vela integra, ni aun dioses
que en nuevo azar te acudan, y aunque
[precies*

*tu excelsa stirpe y fama, hija del Ponto,
ya en historiadas popas no confía
timido el nauta ni te impide seas
mofa del huracán. Tú, oh cara nave,
mi tedio ayer, hoy mi anhelosa cuita,
las deslumbrantes cicladas evita.*

RAFAEL POMBO.

1 In adventu Rdm. P. Generalis Nicolai García, C. M. F. — 2 Cfr. Hor. I, 14.

De Orthographia latina

β) De «j» et «v» litteris retinendis

«J» nihil est nisi *i* quod consonans fit cum videlicet aliis vocalibus in verbis latinis praeponitur cum quibus in eandem syllabam cohaeret; «V» consona littera est quam Priscianus *vau* seu *digamma* (h. e. duplex gamma=F) vocat. Utraque variis respondet litteris indogermanicis, uti ex adjunctis exemplis patebit.

J = i consona

ζ = *yugam*, ζυγόν, *jugum*.

y = *asyās*, [ἄ(σ)ίην], *ejus*.

ī (īod) = μέγας < μέγ-ίων = μεϊζων.

di = *dyāus*, Ζεύς, [Jovis].

*pediōs < *padyate*, *pejor*.

gi = *agiō < *adagium*, *ajō*.

‘ = yákr̥t, ἦπαρ, *jecur*.

V = u consona

F (digamma) := *novas*, νέφος, *novus*.

’ vel ‘ = F = *ver*, (φίς), *video* (φιδ-),

vis (φίς), *vinum* (φόνος).

β = *jīvas*, βίος, *vivus*; βούλομαι, *volo*.

φ = *νίφα*, *nivem* (*ninguit*).¹

gu = *guspitas*, βόστροχος, *vespex*.

du = *ai. fem. svādvī*, *suavis*.²

Jam vero unum idemque fuisse inter romanos signum ad *i* et *u* vocales sive consonas *j* et *v* exprimendas, nemini latet. Testantur inscriptiones omnes, scriptorum reliquiae, grammatici. Quintilianum audiamus.

«Atque etiam in ipsis vocalibus — ait — grammatici est videre an aliquas pro consonantibus usus acceperit, quia *iam* sicut *etiam* scribitur et *quos* ut *tuos*. At quae ut vocales iunguntur, aut unam longam faciunt, ut veteres scripserunt, qui geminatione earum velut apice utebantur, aut < diphthongum; iungimus autem, non plures quam > duas: nisi quis putat etiam ex tribus vocalibus syllabam fieri, si non aliquae

officio consonantium fungantur. Quae- ret hoc etiam quo modo duabus demun vocalibus in se ipsas coeundi natura sit, cum consonantium nulla nisi alteram frangat. Atqui littera *i* sibi insidit (*con- iicit* enim est ab illo *iacit*) et *u*, quo modo nunc scribitur *uulgus* et *seruus*. Sciat etiam Ciceroni placuisse *aiio. Maiiamque* geminata *i* scribere». ³

Sed non tantum unum idemque signum apud romanos, immo et sonum eundem quondam fuisse, facta confirmare videntur. Cum enim M. Crassum exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas, (*higos secos*) Cauno advectas vendens, *cauneas*, clamitabat; ipse vero se monitum credidit ne eo iret, ut si *cauneas* idem esset ac *caue ne eas*. ³

Tamen jam a saec. I p. Chr. n. «v» fere ac graecas litteras *ou* vel β sonabat uti hae transcriptiones demonstrant:

Vergilius = Βεργίλιος vel Οδεργίλιος

Nerva = Νέρουα vel Νερβα

Vivia = Οβιουία (cfr. Eckinger, 95)

¹ Cfr. WALDE-HOFFMANN, Lateinisches, Etymol. Wörterbuch, Winters, 1938. — REINACK, Manuel de Philologie. Le digamme. Paris 1880 (p. 137).

² Inst. Orat. I 4-10, 11

³ Cfr. Cic. De Divinat. II, 84.

Inde litterae *u* (=v) et *b* indistincte usurpari coeptae sunt, cujus rei testimonium tum latinae inscriptiones tum vernaculae linguae patefaciunt. Sint ex. gr.:

*manduca, uibe, lude, e[*t*] beni at me* (CIL. VI, 142 e).

libertau(us) CIL. I, 1062)=libertabus *aceruissimam* (CIL. X. 1208, 12)=
iuuente (CIL. XI, 137) = iubente acerbissimam
Silbano (CIL. XI, 3732) = Siluano *berbeces* (CIL. VI, 1099, I, 92) =
Berecundus (CIL. VI, 217)=Verecundus *verveces*
 Praeterea *ferveo* > *ferbui*; *corvus* > ital. *corbo*, fr. *corbeau*; *curvus* > prov. *corp*, [cat. *corbella* = especie de hoz]; *nervus* > ital. *nerbo*, fr. *nerf*; *servare*, *servire* > ital. *servare*, *servire*.¹

Saeculo xvi currente signum speciale ad *i* et *u* consonas nondum inductum fuerat, ut ex Vivete nostro colligi potest, qui ait: «*vocales quinque sunt in vocabulo hispano o u e i a* (=oveja)». ²

Attamen cum latina vocabula quae per *i* et *u* scribebantur nec eandem semper vim haberent (quandoque enim de vocali, quandoque de consona agitur) nec unam eandemque ducerent originem, prudenti quidem consilio Petrus ille Ramus³ anno 1562 *j* et *v* consonas induxit et a vocalibus *i* et *u* distinguendas proposuit. Consilium felici omine prodiit, adeo ut scriptores ubique terrarum civitate donaverint et per saecula aliquot praevaluerit.

Sed, o levitas hominum et inconstantia! Quae litterarum *j*, *v* ab *i*, *u* distinctio in honore fuit cadere coepta est iterumque renasci dixeris qui jam ceciderat earundem litterarum usus haud distinctus; ideoque, ut nunc se res habet, varia diversaque sunt scriptorum placita. Aliis, priscorum vestigia secutis, placet «*iuuenis*» scribere; alii cum Ramo novatore «*juvenis*» scribunt; alii vero utramque praxim cohaerentes, «*iuvenis*» malunt, Unde tres quasi scholae coortae sunt, quarum primam *iuuenistam*, alteram *juvenistam*, tertiam *iuvenistam* dicerem.

Iuvenisnum profitentur in primis itali, quibus «*j*» quid mirum sonat utpote quod id vernacula lingua nunquam sit receptum. Magna quoque pars scriptorum qui hodie cogitata sua latine exprimere satagunt, eandem viam inscii consciive sequuntur. Sunt etiam ephemerides classicae quae hanc praxim retineant, videlicet, *Alma Roma*,

¹ Cfr. *Grandgent*, Latino Volgare. Ed. Hoepli. pag. 177. *Meyer-Lübke*, Lingüística Románica, Madrid, 1926, p. 251-254.

² VIVES, Coll. V de lectione.

³ De Ramo grammatico et philosopho nonnulla invenies in Dezobry-Bachelet, Dict. de Geographie et d'Histoire. Libr. Delagrassé. Paris 1876, 7.^a «*Ramus, en français La Ramière (Pierre) célèbre philosophe né dans Vernois vers 1502, m. 1572... Les principaux ouvrages son: In IV libros Georgicorum et in Bucolica praelectiones (1555-1556), Ciceronianus (1556); Scholae Grammaticae libri II (1559), liber de moribus veterum gallorum (1559-1562), Grammatica Latina (1558), Grammatica Graeca (1560), Grammaire Française (1562) où il propose quelques réformes orthographiques, qui ont été conservés, entre autres, la distinction de l'*u* et du *v*, de *i* et du *j*... En 1562, Ramus présenta à Charles IX un plan pour la réforme de l'université. Les persecutions l'y suivirent. On alla jusqu'à lui faire un crime de la façon dont il prononçait les mots quisque et quanquam...*»

Inventus, Societas Latina, Bolletino per lo studio e l'uso del Latino, Les Etudes Classiques, cet.

Iuuenistas invenies praesertim inter scriptores commentariorum scientificorum. Videsis Revue des Etudes Latines (Paris). Emérita (Madrid).

Nobis autem PALAESTRITIS tritam viam servare placuit ideoque cum Jovaeo nostro Palaestrae Latinae conditore *Juvenistae* remanebimus.

Quid ergo? Tametsi video quot quantique viri in nos exsurgunt quantaque tempestas *Invidiae* nobis impendat, quidni nostram in hac re explanare sententiam eamque ad trutinam afferre, audeam?

Atque in primis hoc aperte profiteri liceat, me pro justa et legitima causa decertare, meque nunquam adeo vetustorum amatorem praeuissem (quod plerumque fit) ut *ab aptiore, firmiore, utiliore* scribendi genere inconsulte differre enitar.

Jam vero *aptior, firmior, utilior* scribendi ratio non in eo est ut «j» rejiciamus dum «v» retinemus. Quia nonne utrisque eadem est ratio? nonne eadem statera «j» et «v» pensanda? Ego equidem si sententiam rogarer inter *ijuvenistas* et *ijuvenistas* proferendam, re attente considerata, pro his certo starem qui utrumque et «j» et «v» ab scriptione amandant. Sibi ergo non constat bonus F. Antoine *ijuvenista* cum vera falsis remiscens haec ait.

«Les lettres *i* et *u* jouaient dans l'alphabet latin un rôle double: elles étaient a la fois voyelles et consonnes. I voyelle = notre *i*, I consonne = notre *j*; V voyelle = notre *u*; V consonne = notre *V*. *Il y a*, en effet, entre *i* et *j*, *u* et *v*, une grande affinité. L'emploi de deux lettres différentes pour représenter le son voyelle et le son consonnantique de *j* et de *v* est une invention du XVII^e siècle. *Il n'y a aucun inconvénient à conserver, pour la commodité de l'écriture, u et v. Il faut seulement nous rappeler que cette distinction est tout à fait conventionnelle et arbitraire, et ne repose sur aucun fait historique. Mais le signe «j» est absolument étranger à l'antiquité, et il faut le rejeter des textes latins, d'autant plus que cette lettre est parfaitement inutile.* 1

At inutile «j», quod desiderarunt romani, quodque sedulo servant linguae vernaculae, et ipsi philologi ad orthographiam phoneticam indigent?

Atque re vera romanos *i* consonam desiderasse ex hoc maxime constat:

1) «in plerisque Cicero videtur auditu emensus scriptionem, qui et *Aiacem* et *Maiam* per duo *i* scribendam existimavit». 2

2) Pompeiis quoque genitivum per tria *i* antiqui scribebant, quorum duo superiora loco consonantium accipiebant, ut si dicas *Pompeii-i*. 3

1 F. ANTOINE, Manuel d'orthogr. latine. Klincksieck. Paris 1881, pag. 5.

2 VEL LONGUS cfr. KEIL. Gram. Lat. VII. pag. 54; Quint. Inst. Or. I 4 11.

3 PRISCIANUS cfr. KEIL, Grammat. Latini. II. pag. 14.

3) Pompeius, Tarpeius et elius per duo *i* scribenda sunt et propter sonum (plenius enim sonant) et propter metra. ¹

4) Post classicam aetatem *i* longum quod prius ad *i* (=natura longum) fuerat inductum, ad *i* consonum (=hoc est «*j*») usurpatum est, unde forte littera *J* provenit. ²

5) Ad rem haec perpendenda Prisciani verba: «Videntur tamen *i* et *u*, cum in consonantes transeunt, quantum ad potestatem, quod maximum est in elementis, aliae litterae esse praeter supra dictas; multum enim interest, utrum vocales sint an consonantes. Sicut enim, quamvis in varia figura et vario nomine sint *k* et *q* et *c*, tamen, quia unam vim habent tam metro quam in sono, pro una littera accipi debent, sic *i* et *u*, quamvis unum nomen et unam habeant figuram tam vocales quam consonantes, tamen, quia diversum sonum et diversam vim habent in metris et in pronuntiatione syllabarum, non sunt in eisdem meo iudicio elementis accipiendae... Multa enim est differentia inter consonantes, ut diximus, et vocales. Tantum enim fere interest inter vocales et consonantes. quantum inter animas et corpora...»³

Praeterea si italiam linguam excipias, ceterae «*j*» sedulo retinent. En exempla:

latina	hispana	gallica	germana	anglica	itala
juvenis	joven	jeune	Jung	young	giovine
jocus	juego	jeu		joke	gioco
judex	juez	juge			giudice
jugum	yugo	joug	Joch	yoke	giogo
jungo	juntar	joindre		to join	aggiungere

Quod si «*j*» ex eo quod latinis ignotum fuerat a latina lingua rejiciendum, nonne et vernaculis linguis ante saec. XVI ignotum quoque fuit? Ad manus est mihi opus magni momenti quod in bibliotheca Seminarii Barcinonensis servatur, cui titulus «*Francisco Petrarca. De los remedios contra próspera y adversa fortuna. —* Obra de consolación humana y divina puesta en castellano por Francisco de Madrid, arcediano y canónigo de Palencia. — Zaragoza. J. Coci, 1523» Ex eodem haec exscripsi:

«Por manera que qualquiera que haya aprendido a pintar algo en pergamino, o a tomar la péndula, aunque carezca de toda doctrina es tenido por escriptor. No busco ya, ni me *quexo* de la ortografía, que ha días que pereció...»

Ergo si «*j*» littera a lingua latina ex allata ratione amandanda est, a ceteris quoque linguis, sive hispana, sive gallica, sive germana, sive anglica, etc. eadem simili ratione rejici opus esset. At hujus consilii incommodum quis non videat?

Ipsi philologi qui hodiernis temporibus *j* et *v* rejicere conantur, signum speciale inducunt in orthographia phonetica adhibendum (*i*, *u* = *j*, *v*); at nonne magis consentaneum esset quod jam fuerat in usu, utrumque et *j* et *v*, diligentius servare?

Unde non immerito clarus Edon haec habet:

«*Bien que cette distinction été inconnue aux Latins, nous préférons sur ce point la clarté à la exactitude*». ⁴

¹ CASSIODORUS, Ex orthographo Caesellio collecta. Cfr. KEIL VII. p. 296.

² Cfr. EDON, Ecriture et Pron. du latin pag. 10, 16, 90.

³ PRISCIANUS cfr. KEIL, Gram Lat. II, pag. 13.

⁴ EDON. Ecriture et Pronuntiation du latin. Paris. E. Belén.

«Porque no debemos prescindir del fructuoso resultado de la diferenciación gráfica, mayormente cuando con ella no falseamos, sino que acusamos con mayor relieve la distinción fonética... Nos parece tocada de un cierto carácter de nimiedad la pretensión de dar carácter de vetustez a un escrito trazando palabras como estas: uos, uobis, iugum... No cabe desconocer que con semejante resultado, se abre el camino a una serie de lamentables confusiones, puestos de relieve y reconocidos por no pocos profesionales de la Gramática»¹

Ceterum, sunt qui nobiscum *j* et *v* in scriptione latina retineant. Satis sint haec auctorata testimonia: Forcellinus-Perin Patavii in Italia,² Pustet librorum liturgicorum castigatissimus editor Ratisbonae in Germania,³ Barcinone clmus P. Llobera, S. J., Grammaticae Classicae Latinitatis auctor egregius.⁴

Ergo stet doctrina et praxis *Palaestrae Latinae* conditoris⁵ litterasque *j* et *v* retineamus quae sonum exprimant consonantium *i* et *u*; nam vecordis esset, cum duplicem jam signum habemus. uno tantum ad sonum duplicem, vocalem et consonum, inepte incongruenterque uti.

Tamen quandoque cum *iuuenistis* licebit litteris *i* et *u* vim consonam tribuere. Sed venia haec data sit sumpta pudenter, nempe:

1) Cum certo consilio et ratione adhibeantur velut irridendi causa, vel ad imaginem quandam antiquitatis sententiis reddendam.

2) Praeterea in verbis proprie graecis. Apud graecos enim *i* semper vocalis est, unde *iambus*, *iaspis* trisyllaba sunt verba.

3) Etiam cum per diaeresim *j* et *v* vocales fiunt, uti:

Nunc mare nunc siluae (Hor. Ep. 13, 2)

Condita quin veri pectoris evoluam (Catull. 66, 74)

Simili ratione cum per synaesim *i* et *u* vocales consonae fiunt, potius *j* et *v* quam *i* et *u* scribendum putarem. Unde:

vīndēmjātōr ēt invictūs cui saepē viātōr (Hor. Serm. 1. 7, 30)

lenta fērci pituitā (=pituita) (Hor. Serm. 2, 2, 76)

4) Demum cum necesse sit ad orthographiam historicam scriptionem aptare; h. e., in editionibus criticis — quod prius jam dixi — in scientificis citationibus, in inscriptionibus, cet; nequam tamen, ut non nulli faciunt, tantum novitate allecti.

J. M.^a JIMÉNEZ DELGADO, C. M. F.

¹ GONZALEZ DE LA CALLE, *Varia*, pag. 116. Madrid, Ed. Vict. Suárez, 1916.

² FORCELLINUS-PERIN, *Totius Latinitatis Lexicon et Onomasticum*, 6 vol, Patavii 1913.


³ PUSTET, Ratisbonae in Germania: Cfr. *Rituale Romanum* (1937), *Missale Romanum* (1937), *Breviarium Romanum*. edit XIX juxta typicam (1940).

⁴ LLOBERA, *Grammatica Classicae Latinitatis*, Barcinonae (Subirana, 1918-1920).


⁵ JOVÉ, C. M. F., *Candidatus Latinus* n. 11. pag. 4.

De re navali

Jam inde a primordiis historiae populorum, rates et naves apparent, quibus flumina, lacus, maria secent homines. Quod si Horatium, Ovidium, Vergilium, Caesarem aliosque classicos auctores legas, plura tibi se offerent verba ad navigationem navesque spectantia, quorum sensum haud ita facile intellegas pressequere definias. Huic ergo rei aliquatenus dilucidandae sequentibus operam do.



Navis romana



Naumachia romana

1. Vocabula ad navigationem spectantia

ancora, ae f., ancora.

ancoras solvere, levar anclas.

ancoras jacere, echar anclas.

ancorale, is, n., cable del áncora.

aplustrium, i, n., ala (ornamento sobre la popa).

carina, ae, f., quilla.

classis, is, f., armada, flota.

classiarii, orum, n. pl., soldados de marina.

milites naves conscendere, in naves imponere.

embarcar las tropas de marina.

funis, is, m., cable, sogá, maroma.

gubernaculum, i, n., timón.

gubernator, oris, m., piloto.

malus, i, m., mástil.

nauta, ae, m., marinero.

praefectus classis, comandante de flota.

prora, ae, f., proa.

proa rostrata, proa con espolones.

puppis, is, f., popa.

remus, i, m., remo.

remex, mīgis, m., remero.

rostrum, i, n., espolón, rostro o pico de la nave.

ferire rostro hostem, herir con el espolón al enemigo.

specula, ae, f., atalaya, torre (para observar).

transtra, orum, n. pl., bancos (de los remeros).

velum, i, n., vela.

2. Varia navium genera

NAVIS de omnibus dici valet navigiis quae undas findunt, praesertim vero de navigio majore; est autem *navis* instrumentum seu machina e ligno, subinde obtecto aere aut ferro, quo per mare, lacum aut flumen iter ducere possumus; ex navi diminutiva *navicella* et *navicula* proveniunt. *Navigium* (*navigiolum*) usurpatur vox —ut *navis*— ad omne genus navium designandum, sive remis sive velis aguntur.

RATES (*rataria, ratiaria*) [*balsa, zatara, almadía*], ut ait D. Isidorus, (*Etymol.* 19, 1), «est primum et antiquissimum genus navigii e rudibus tignis asseribusque consortum». Rates exstruebantur ex papyro (arbore), scirpo, arundine, vimine, et corio circumsuebantur aut iisdem utres alligabantur. Si *ratis* ex uno cavatur arbore *monoxylus* nuncupatur, eaque vox apponitur, ut adjectivum, verbis *lintri, alveo, scaphulae* (PLIN. *H. N.* 6, 26); ut substantivum vero designat ratem seu navicellam depresso recessu quae, aliis conjuncta navibus velut ponto ad flumen trajiciendum, usurpatur. Exercitus non nullas secum bello adducebat.

ALVEUS, [*canoá, banca, panca*] est navicula litoraria ex cavata arbore, quae a Sto. Isidoro (*Etymol.* 19, 1) *trabaria* quoque dicitur et *caudicaria*, «quae ex singulis trabibus cavatur».

CARABUS [*jgolondrina!*] —graeca vox desumpta ex similitudine cum cancre—, est «parva scapha ex vimine facta, contexta crudo corio» (ISID. *Etymol.* 19, 1); longis instructus remibus, qui solus vel majori navi junctus iter aqua faciebat. De eo Caesar (*B. civ.* 1, 54) «Carinae primum ac statumina ex levi materia fiebant, reliquum corpus navium, viminibus contextum coriis integebatur».

CAUDICARIAE (*naves*) quae initio pluribus crassioribus tabulis seu potius *caudicibus* sine arte exstruebantur, deinde nomen lembis, qui in Tiberi navigabant, inditum est. Eas D. Isidorus (*Etymol.* 19, 1) *caudicas* nominat «ex uno ligno cavato factas». Destinabantur in primis ad frumentum Ostiâ Tiberinâ Romam transferendum. Qui iis navibus inserviebant plurimi censendi sunt, nam Romae erat corpus *caudicariorum*, aliud ab illo *naviculariorum*.

LINTER [*bote, canoa, pontón*] est cymba in paludibus et fluviis ubi parva est moles aquae usurpata, militibus, pecoribus, cet. vehendis; remis movebatur, sed sine ponte (*cubierta*), sine velis, sine carina (*quilla*).

CYMBA [*falúa?, lanča?*] «α κύμβος cavus recessus... universim genus navigii minoris, amnibus et lacubus stagnisque trajiciendis designat», ea praesertim piscatores utebantur; extremis partibus acuta, in media autem navi erat recessus, ideo vocatur *adunca* (OVID. *Metamor.* 1, 293), *concava* (OVID. *Am.* 3, 6, 4), uno vel duobus remis propellebatur et de navicula Acharontis praesertim dicitur. Fuerat primum monoxylon, alia deinde et majore fabricata est forma, sed cava remansit; majora navigia saepe insequabatur.

SCAPHA [*bote, lanča*] exigua navicula, quae sicut cymba, majores subsequitur. et qua piscatores utuntur; de ea D. Isidorus (*Etymol.* 19, 1): «Navigium quod latine *speculatorium* dicitur (?)»; eam Horatius *biremem* vocat (*Od.* 3, 29, 63) i. e. quae duobus remis tantum movetur et *piscatoriam* Justinus (2, 13).

CAUPILUS (*caupŭlus*) [*cópano, cayuco*] cujus forma haud nota est, lembo et cymbae similis, nam ad ea D. Isidorus (19, 1) refert.

LEMBUS (*lembulus, lemnunculus*) [*lanča, falučo, góndola*] exigua fuit navicula, brevis, ut placet Isidoro, sine ponte et rostro, —nam majoribus opponitur navigiis— mirae velocitatis, quae ante classem in bello, explorandi causa, praemittabatur, ideoque accedit navi *aëtuariae* et *speculatoriae*. Erant *lembi* minores: alii

erant instar scaphae, quibus merces a litore ad onerarias adsportabatur; erant et majores lembi bello praesertim utiles. Quinquaginta hominum saltem capax erat. Remi ad sexdecim numero fuisse videntur.

BARCA [*barquichuela*, *bote*] similis fuit scaphae, atque in majore navi adducebatur et cum ad portum ventum erat «cuncta navis (majoris) commercia ad litus portabat» (ISIDORUS).

PARO (*parunculus*) [*lancha* (*pirata*), *bergantín?*], navis transportandis vectoribus pace, et militibus bello utilis erat (Cfr. DAREMBERG SAGLIO). «Navigium piratarum aptum et ex iis ita vocatum. Cicero: Parunculis ad litus ludit celeribus» (ISIDOR. *Etymol.* 19, 1). Fere sequens adhibetur.

MYOPARO: Velifera atque uno tantum remorum ordine instructa, sine ponte; structura angusta et oblonga, mira velocitate, qua re et ad litora defendenda et ad piratarum praedas aptissima. De ea D. Isidorus (19, 2): «Quasi minimus paro. Est enim scapha ex vimine facta quae contexta crudo corio genus navigii praebet, quilibet utuntur germanorum piratae in oceani litoribus, vel paludibus ob agilitatem».

HORIA (*horiola*) [*barca pesquera*] navicula piscatoria, de qua Plautus (*Trin.* 4, 2, 100): «Horiola vecti sumus per amnem». Erat prora prominenti et curva, corpore rotundo, sine carina et gubernaculo, neque malo nec ponte; duobus tantum agitabatur remis atque duobus everriculis seu retibus armari poterat (Cfr. DAREMBERG).

PHASELUS [*bajel*, *falucho?*] navis velox ab aegyptiis usurpata: nomen mutuasse videtur ex similitudine cum phaselo legumine. Exstruebatur alia ex papyro, vimine aut e terra cocta, —nam *fiabilis* vocatur— (JUVEN. *Satir.* 15, 127), ab Horatio *fragilis* dicitur (*Od.* 3, 2, 28): «Fragilemque mecum / solvat phaselum»; alia mixtam habebat formam ex oneraria et longa trireme; parva remis movebatur, major velis ornata, bello et productis expeditionibus aptabatur. Servius monet esse *brevem* naviculam, alii navem *velocem*, Baysius eundem putat ac *myoparonem* (Cfr. FORCELLINI).

MUSCULUS: navis velis instructa, a puppi in proram brevissima.

SLATA: oblonga et parum a vertice aquae prominens.

BIPRORA: duobus ornata proris, quibus ideo ex utraque parte procedere potest.

THALAMEGUS [*yate*, *gondola*]: navigium ad jucunda et festiva celebranda, ad omnes regias delicias splendide ornatum et in primis sumptuosis cubiculis seu thalamis, a quibus nomen mutuavit. Eam aegypti reges solacii causa adhibuerunt. Respondet *navi cubiculatae* (Cfr. SENEC. *Ben.* 7, 70).

Adhibebantur etiam per synecdochen:

ALNUS (arbor): «qui dubiis ausus est committere flatibus alnum» (CLAUDIANUS).

TRABS: «Trabe cypria / myrtoum pavidus nauta secet mare» (HORAT. *Od.* 1, 1, 13).

SCALMUS: «Scalmum (cymbam) nullum videt» (CIC. *De off.* 3, 14).

JOSEPHUS M.^a MIR, C. M. F.

(sequar)

Compositiones vertendae

Scribendi recte sapere est et principium et fons (Hor. Ars Poet. 309)

Pro alumnis primi et secundi cursus

7. — Pastor et capella

Pastor cum alterum ¹ capellae cornu pedo ² fregisset ³, eam rogabat, ne culpam suam domino, indicaret. «Equidem — inquit capella — reticebo; sed ipsa frons mutila te accusabit.

Haud facile est, cum aliquem violaveris, injuriam occultare.

1) uno de los dos; 2) cayado; 3) de frango.

8. — Las criadas y el gallo

Una vieja ¹ tenía dos criadas. Cada día ² las llamaba al cantar el gallo ³,

y dijeron: «Cogeremos el gallo y lo mataremos». Cierta día ⁴ cuando (*cum*) la vieja estaba fuera de casa ⁵, las criadas mataron el gallo. Esperaban que después tendrían más tiempo de dormir ⁶. Pero fué falaz su esperanza, pues (*nam*) la dueña, ignorando qué hora era ⁷ las más de las veces ⁸ las llamaba a media noche.

(Repetitorium n.º 132)

1) anus, us; 2) cottidie; 3) cum gallus cantabat; 4) quondam; 5) abesse domo; 6) spatium somni; 7) ignorans quota esset hora; 8) plerumque.

Pro alumnis tertii et quarti cursus

9. — Catilina exilio multandus

Etenim jam diu, patres conscripti, in his periculis conjurationis insidiisque versamur, sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quod si ex tanto latrocinio iste unus Catilina tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati, periculum autem residebit et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus rei publicae. Ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrilique jactantur, si aquam gelidam biberunt, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflicti, sic hic morbus qui est in re publica relevatus, istius poena vehementius reliquis vivis, ingravescet. (Cic. Cat. I, 13, 31).

10. — Venganza de un filósofo

Un filósofo, que por la dificultad (= desgracia) ¹ de los tiempos se veía (era) obligado ² a mendigar ³, vió a un ministro ⁴ del rey y le suplicó ⁵ que se compadeciese ⁶ de él. Aquél, le dijo: «Aléjate, ocioso, (= hombre ocioso ⁷), y cúidate ⁸ de no ser arrojado ⁹ a la cárcel».

Hasta *le* (contra él) tiró una piedra. El filósofo recogió ¹⁰ la piedra y la escondió en su alforja ¹¹; deseando que se le ofreciese ocasión de vengarse. Pocos días después oyó en la ciudad una grande algazara ¹². Suplicó a los transeuntes que le dijeran *lo que* (= qué cosa) pasaba ¹³. Y éstos le aconsejaron ¹⁴ que se apresurase ¹⁵ si quería ¹⁶ ver a la muchedumbre ¹⁷ que insultaba ¹⁸ al ministro a quien el rey había despedido ¹⁹. El filósofo se alegraba ²⁰ de la ocasión que se le ofrecía (= ofrecida), pero pronto mudó de parecer ²¹. Temió abandonar ²² los preceptos de la filosofía vengándose: «Atacar ²³ a los poderosos ²⁴, dijo, es peligroso; atacar a los débiles ²⁵ es vergonzoso» ²⁶.

1) adversa fortuna; 2) cogo, is ēre; 3) mendico, as, are; 4) administer, tri; 5) rogo, as, are (ut); 6) ut eum sui misererel; 7) ignavus; 8) caveo, es, ēre; 9) conjicio, is, ēre, 10) tollo, is, ēre, sustuli, sublatum; 11) pera, ae; 12) strepitus, us; 13) accido, is, ēre (en subj) 14) suadeo, es, ēre, suasi, suasum (ut); 15) festino, as, are; 16) subj. 17) turba; 18) maledico, is, ēre (dat.); 19) dimitto, is, ēre; 20) gaudeo, es, ēre, (de); 21) sententia; 22) relinquo, is, ēre, el v. tener construyase con ne; 23) aggredior, ēris, i; 24) potens, entis; 25) miser, a, um; 26) turpis, e.

Pro alumnis quinti et sexti cursus
11. – Gummi experimentum



gummi n. indec.	<i>la goma</i>
venditor nugarum	<i>baratillero</i>
umbraculum, i	<i>sombra</i> (lugar sombreado)
capsa	<i>estuche, caja</i>
gummi fistula	<i>tubito de goma</i>
offero, ers, erre	<i>ofrecer</i>
tabacus, i	<i>tabaco</i>
siphunculus, i	<i>pipa</i>
scyphus, i	<i>taça, vasija</i>
sella, ae	<i>silla</i>
respuo, is, ere	<i>rechazar</i>
contemno, is, ěre	<i>desdeñar</i>
effundo, is, ere	<i>derramar</i>
petāsus, i	<i>sombrero</i>
mensa, ae	<i>mesa</i>
perpōto, as, are	<i>beber enteramente</i>
adhaereo, es, ere	<i>pegarse</i>
levo, as, are	<i>levantar</i>
conatus, us	<i>esfuerzo</i>

illudo, is, ere	<i>burlarse</i>
barba, ae	<i>barbas</i>
stupens, entis	<i>maravillado</i>

12. – Imitatio rhetorica

Superiorem Ciceronis fragmentum quinti cursus alumni imitentur atque sub hoc argumento evolvant:

«Si vitia ex animo omnino non eradicamus, continuo exsurgent atque pullulabunt tanquam plantarum novelli». Vel alia ratione: «Adulentes qui pravis cupiditatum illecebris vexantur, aestuque libidinum jactantur, non ad frigidam mundi aquam exhauriendam, sed ad perenne ac salutare Christi poculum i. e. ejus sanguinem ebibendum, se conferre debent».

Pro alumnis ultimi cursus

13. – Exercitatio poëtica

Ultimo cursui incumbentes Horatii odem «Quem tu Melpomene semel» (IV, 2) vertant in hispanicum, scandant versus, et morarum causas notent. Horatium imitentur, sententiamque ver-

tant ad Deiparam Virginem, cui vates studioso concinere debent; vel ad gloriam Sacerdotis Missionarii, cet., qui in terris degens et caelos ingrediens digito praetereuntium et caelitem indigitatur dicentium: «En Christi minister et apostolus». — PALAESTRICUS.

De erratione Georgii Pelleterii pueri

Quae sum scripturus non est ficta et commenticia fabula, sed est narratio eventuum pueri, cui nomen Georgius Pelletier. Natus anno Christi 1922 in viculo agri Montis Ferrati, non adeo remoto ab urbe Taurina parentibus agricolis, cum indole praestaret, ad studia humanitatis missus est, impellente etiam loci parcho, ad Oratorium Salesianum Taurinense, inter discipulos gymnasii. Quo cum duodecim natus annos venisset, invincibili desiderio suorum tactus clam se subduxit, et itineris ferroviarii imperitus defertur Nicaeam Galliae, totumque annum patriam procul vagatur cum cingaris. Rem nitidissimo sermone italice complexus est R. D. Rufillus Uguccioni et libellum inscripsit Lampadem Votivam, et prostat libellus apud Editricem Societatem Internationalem Taurinensem. Quam ille odysseam Georgii Pelleterii descripsit italice, ipsius permissu in foliis PALAESTRAE LATINAE latine expressam vobis lectoribus offero ita, ut videar non modo rem aggressus esse pulcherrimam, sed simul pugnasse contra «horrorem Latini» si lectores praesertim adulescentes viderent linguam Latinam hodiernae vitae describendae copiam suppeditare verborum. Sed age sequamur nostrum Georgium ex rustica solitudine in celeberrimam urbem Taurinorum.

* * *

I. Fuit is dies postridie kal. octobres anni 1934. Et Georgiolus quidem cupierat iter ingredi, in quo tandem aliquando visurus esset, quem describi sermonibus totiens audivisset, novum mundum; sed cum transeundum esset paternae domus limen, et cum haec descenso colle ultimum oculis conspicatus esset, mirifice animo se commotum sensit, sinceraeque et amarae erumpebant lacrimae obortas in matris oculis cum videret lacrimas, neque multum proficiebat pater, qui filio majore usus voce addebat animum. Is oculos retorquebat ad illa prata ubi evolaverant dulces pueritiae anni et illas frugíferas arbores, primarum fortitudinum suarum testes, et illas rivorum fossas quorum in frigida saepe pedes nudus ludisset, et cogitans ea omnia se longinquissimo decem mensium anno visurum non esse, non levem expertus est animuli contractionem.

Et eo die mane erant frigora levi nebula incubante pratis, quae dissipanda erat radiis diurni sideris accensis brevi intervallo mille super herbas margaritarum splendoribus. Via prata et agros dividenti celeriter rapiebatur cisium Georgiolum portans, et tacitam curam ejus, et totam ejus suppellectilem versus loci caput, unde publica rheda ferretur cum patre filius ad ferroviariam stationem primum in vita ferreae viae commoditates experiens.

Nam tot rebus novis factum erat ut siccarentur illae guttulae, quae irrigaverant Georgioli oculos inquē earum admiratione defixus prospiciebat per currus finestellam immemor temporis praeteriti atque futuri. Nunc enim ante ipsos oculos praetervolaverunt pagi et urbes, quarum toties commemorari audiverat nomina: Nizza Montis Ferrati, ubi quidam habitabant propinqui matris pueri, qui se jam dudum frustra cupissent cernere coram, Mons Grossus, celeberrimus mercatu locus, de quo multum locutus pater esset, Hasta Colonia (Asti), quam saepe amici sui nominassent; postea Villanova, Trofarellum, postremo Taurinorum.

Sed hic Georgioli —cujus tota est haec narratio— paullum impallescit recordatio, neque quisquam mirabitur cogitans illud par ocellorum ingenui pueri nunquam ante tam brevi intervallo tot res simul devorasse. Itaque Taurinum cum venisset isti oculi jam fatigati non potuerunt amplius clarum cernere turbines rerum circum saltantium, dataque manu patri veluti somnambulus transmisit urbem automaticè ascendens in currus tramviarios et inde descendens, donec evigilavit in modesto

salutatorio Oratorii, ubi sacerdos — praefectus opinor rerum externarum instituti— leniter subridens eum, ut animum excitaret, pauca interrogavit.

Egressus inde et cum patre lustrans varias officinas vastarum aedificationum postremas audiebat commendationes admonitionesque parentis, quae cum coeplissent leviter significare necesse jam esse ad sua opera reverteretur pater. Georgiolus abominatus tale consilium fortiter pressat brachia patris et obsecrat ut se domum secum pateretur redire: in ista se inclusum solitudine nullam horam, nullam minutam vivere posse. Tantaque affirmat voce eoque gestu, ut pater, qui tamen principio sensisset lacrimam per duram sibi currere faciem, hac celeriter aspera manu detersa, severus, quemadmodum in suis solebat agris, filio: Vide quid agas. Tunc, postquam coegisti me tantum nummum erogare pro itinere, nunc domum cogitas redire? Cur me celasti ante? An tu facturus eras animi causa iter ut proficisceris et redires, et hoc pecunia, in qua pater tuus desudat? Apage te, cave ineptias! Non est quod perdam tempus.

Et procedere coepit. Sed filiulus sic ejus se applicat corpori ut pedem movere non possit Auxillo fuit juvenis sacerdos instituti qui testis scenae et clamoris statim intellexerat, quae illic ageretur fabula, et amica vi comprehensum puerum, ut se sequeretur, invitavit, bonisque verbis addebat animum. Sic pater liberatus magnis passibus discessit semel se convertens ad Georgiolum seriae salutationis agens gestum.

ANDREAS AVENARIUS, S. V. D.

(sequetur)

Bibliographia

Enrique Basabe, S. J. — *Temas de composición griega. Analogía.* 2.^a ed. — Edic. FAX. - Madrid.

Eo nempe consilio prodiit hic liber ut qui litteris graecis operam dant quandam quasi palaestram habeant, qua se exercent atque arma comparare sibi aptare valeant. In eo 165 themata hispanica, graeca vero 55 proponuntur. Optimum ducimus librum, quo constanti usu grammaticas leges edoceantur alumni. Erunt tamen qui quandam detegent siccitatem, nam quas amant pueri brevissimas historias fabulas, dicta cet., in eo forte desiderabunt.—In prologo scriptionem commendat, praecipuum discendi dicendique magistrum.

Enrique Basabe, S. J. — *Manual de estilística latina.* 2.^a ed. — Ed. FAX. - Madrid.

Grammaticae complementum et culmen est virtutes cujusque scriptoris in dicendo perspicere et optimum sibi comparare stilum: qua ratione hic conscriptus est libellus ut eo duce facilius pulchrum scriptorum romanorum dicendi nitorem adolescentuli degustent, ipsique aptius ad conscribendum manu ducantur. Praecipua saltem stili praecepta continet libellus atque alumnis perutilis erit eoque —praeter magistri explicationes— quasi compen-

dio libenter uti valebunt. Quadam ductus nimia severitate —cl. scriptoris venia dixerim— non nulla recentiora vocabula respuit, quae, circumlocutione vel minus apte et presse, dicenda proponit. Sic admittenda arbitramur *abbas*, *accentus*, *baptismus*, *baptisterium*, *beatificare*, *Biblia*, *bibliothecarius*, aliaque non nulla; *benefacere alicui* et Tullius dixit («quibus benefecerimus») et Plautus (dii tibi benefaciant») et Livius («ne ingratis quidem benefacere absistam») cfr. *Forcellini*.

J. M. MIR, C. M. F.

Planque. — *Ciceronis Oratio pro Milone ad iudices.* 3.^a ed. — Ed. Wesmael - Charlier, 1939. Namur (69, Rue de Fer).

Eximii auctoris hic commentarius in orationem pro Milone pulcher et exquisitus est.

Analysi textus quo rectius adolescentes sensum possint interpretari, nonnulla de personis, locis et rebus, quae ansam Ciceroni praebuerant ut Milonem susciperet defendendum, praemittit.

Ejusdem auctoris *Grammaticam Graecam* proxime in PALAESTRA commendabimus. Hosque, etsi tales, non unos fore D. Planque libros sperare liceat.


ANDRÉAS HERRERA C. M. F.

VINOS DE MISA

J. DE MULLER, S. A.

TARRAGONA

Casa Fundada en 1851



Medalla de Oro en la
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)
Proveedores de Sus Santidades
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

Garantía de absoluta pureza

EXQUISITA CALIDAD

Certificados del Exmo. Sr. Arzobispo de
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

www.culturaclasica.com

SANATORIUM

Nostin' novos medicationis naturalis productus?
Fórmulae sunt Rdi. Dris. J. García Roca
Veneunt in pharmacopolis et specificorum sedibus

Sanatorium Depurativum, contra arthritismum.
Sanatorium Eureticum.
Contra affectiones gastricas,

Sanatorium Purgans, contra restrictionem ejusque causas.
Sanatorium Regenerativum.
Contra phthisim in omnibus morbi periodis,

Hijo de Quintín Ruíz de Gauna

Velas Litúrgicas para el Culto

Economía increíble usando mis velas especiales con el
CAPITEL GAUNA patentado.

LAMPARA DE CERA «GAUNA» para alumbrado del Tabernáculo,
de cuatro días de duración.

¡LIMPIEZA ABSOLUTA!

¡TRANQUILIDAD COMPLETA!

VITORIA (Alava)

RELOJES, PIPAS Y PORTAMINAS
REPARACION DE PLUMAS
ESTILOGRAFICAS
ESPECIALIDAD
EN PLUMAS DE MARCA

Casa de la ESTILOGRAFICA

SELLOS de GOMA y GRABADOS

VENTAS
MAYOR Y
DETALL

Fontanella, 19 - Teléfono, 12133
BARCELONA

LENCERIA CASA ESMARATS

M. ESMARATS

Casa fundada en 1867

FABRICA DE TEJIDOS DE
LINO Y ALGODON EN
SAN GINÉS DE VILASAR

Fontanella, 21, (antes Corribia 8-10-12)

Teléfono, 14386 - BARCELONA

Ventas al
Mayor y Detail

ESCULTURA RELIGIOSA

ROSENDO OLIVELLA

BOTERS, 19-21 (continuación Puertaferri) Tel. 23973-BARCELONA

Imágenes en madera tallada y pasta madera. — Santas Cenas. — Crucifijos.
Altars. — Oratorios. — Capillas. — Atriles. — Sacras. — Reclinatorios.
Peanas y toda clase de trabajos concernientes al ramo de la Escultura.

URNAS PARA LA VISITA MENSUAL DOMICILIARIA

Sanatorium Pilulae Ferrugineae,

cantra anaemiam, clorosim et organicas feminarum perturbationes

www.culturaclasica.com

ἢ κεν' νοστήσας ἀποτίσεται, ἦε καὶ οὐκί,
 οἷσιν ἐνὶ μεγάροισι· σὲ δὲ φράζεσθαι ἄνωγα,
 ὅπως κε μνηστῆρας ἀπώσεται ἐκ μεγάροιο. 270
 εἰ δ' ἄγε νῦν ξυνίει καὶ ἐμῶν ἐμπάξω μῦθων.
 αὔριον εἰς ἀγορῆν καλέσας ἥρωας Ἀχαιοὺς
 μῦθον πέφραδε πᾶσι, θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἔστων.
 μνηστῆρας μὲν ἐπὶ σφέτερα σκίδνασθαι ἄνωχθι,
 μητέρα δ', εἰ οἱ θυμὸς ἐφορμᾶται γαμίεςσθαι, 275
 ἄψ ἴτω ἐς μέγαρον πατρὸς μέγα δυναμένοιο·
 οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἔεδνα
 [πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἔπεσθαι·]
 σοὶ δ' αὐτῷ πυκινῶς ὑποθήσομαι, αἶ κε πίθηται.
 νῆ' ἄρσας ἐρέτησιν ἐείκοσιν, ἢ τις ἀρίστη, 280
 ἔρχοο πεισόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο,
 ἦν τίς τοι εἶπῃσι βροτῶν ἢ ὕσσαν ἀκούσης
 ἐκ Διός, ἣ τε μάλιστα φέρει κλέος ἀνθρώποισιν.
 πρῶτα μὲν ἐς Πύλον ἔλθῃ καὶ εἶρεο Νέστορα δῖου,
 κεῖθεν δὲ Σπάρτηνδε παρὰ ξανθὸν Μενέλαον· 285
 ὃς γὰρ δεύτατος ἦλθεν Ἀχαιῶν χαλκοχιτῶνων.
 εἰ μὲν κεν πατρὸς βίοντα καὶ νόστον ἀκούσης,
 ἦ τ' ἂν τρυχόμενός περ ἔτι τλαίης ἐνιαυτόν·
 εἰ δέ κε τεθνηῶτος ἀκούσης μηδ' ἔτ' εἴοντος,
 νοστήσας δὴ ἔπειτα φίλην ἐς πατρίδα γαίαν 290
 σῆμά τέ οἱ χεῦται καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεῖξαι
 πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε, καὶ ἀνέρι μητέρα δοῦναι.
 αὐτὰρ ἐπὶν δὴ ταῦτα τελευτήσῃς τε καὶ ἐξῆς,
 φράζεσθαι δὴ ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
 ὅπως κε μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσιν 295
 κτείνῃς ἢ ἐδόλω ἢ ἀμπαδόν· οὐδέ τί σε χρῆ
 νηπιᾶς ὀχέειν, ἐπεὶ οὐκέτι τηλίκος ἐσσί.
 ἦ οὐκ ἄλεις, οἶον κλέος ἔλλαβε δῖος Ὀρέστης

πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα,
 Αἰγισθον δολόμητιν, ὃ οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα; 300
 καὶ σὺ, φίλος, μάλα γὰρ σ' ὀρώω καλὸν τε μέγαν τε,
 ἄλκιμος ἔσθ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων ἐν εἴπῃ.
 αὐτὰρ ἐγὼν ἐπὶ νῆα θοῆν κατελεύσομαι ἡδη
 ἠδ' ἐτάρους, οἳ πού με μάλ' ἀσχαλώσιν μένοντες·
 σοὶ δ' αὐτῷ μελέτω, καὶ ἐμῶν ἐμπάξω μῦθων.“ 305
 τὴν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ἠΰδα·
 „ξεῖν', ἦ τοι μὲν ταῦτα φίλα φρονέων ἀγορεύεις,
 ὡς τε πατὴρ ᾧ παιδί, καὶ οὐ ποτε λήσομαι αὐτῶν·
 ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον ἐπειγόμενός περ ὁδοῖο,
 ὄφρα λοεσσάμενός τε τεταρπόμενός τε φίλον κῆρ, 310
 δῶρον ἔχων ἐπὶ νῆα κίης χαίρων ἐνὶ θυμῷ,
 τιμῆεν, μάλα καλόν, ὃ τοι κειμήλιον ἔσται
 ἐξ ἐμεῦ, οἶα φίλοι ξεῖνοι ξεῖνοισι διδοῦσιν.“
 τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεά, γλαυκῶπις Ἀθήνη·
 „μὴ μ' ἔτι νῦν κατέρυκε λιλαιόμενόν περ ὁδοῖο. 315
 δῶρον δ', ὅττι κέ μοι δοῦναι φίλον ἦτορ ἀνώγῃ,
 αὐτίς ἀνερχομένῳ δόμεναι οἰκόνδε φέρεσθαι,
 καὶ μάλα καλὸν ἔλῶν· σοὶ δ' ἄξιον ἔσται ἀμοιβῆς.“
 ἦ μὲν ἄρ' ὡς εἰποῦσ' ἀπέβη γλαυκῶπις Ἀθήνη,
 θοῆς δ' ὡς ἀνόπαια διέπτατο· τῷ δ' ἐνὶ θυμῷ 320
 θῆκε μένος καὶ θάρσος, ὑπέμνησέν τέ εἰ πατρὸς
 μᾶλλον ἔτ' ἢ τὸ πάροιθεν. ὃ δὲ φρεσὶν ἦσι νοήσας
 θάμβησεν κατὰ θυμόν· οἶσατο γὰρ θεὸν εἶναι.
 αὐτίκα δὲ μνηστῆρας ἐπώχετο ἰσόθεος φῶς.
 τοῖσι δ' αἰδοῖς ἄειδε περικλυτός, οἳ δὲ σιωπῇ 325
 εἶατ' ἀκούοντες· ὃ δ' Ἀχαιῶν νόστον ἄειδεν
 λυγρόν, ὃν ἐκ Τροίης ἐπετείλατο Παλλὰς Ἀθήνη.
 τοῦ δ' ὑπερωϊόθεν φρεσὶ σύνθετο θέσπιν αἰοιδῆ
 κούρη Ἰκαροῖο περιφρων Πηνελόπεια·

Curiosa et jocosa



- 1.—Gallorum aetatem dentibus ego novi.
—Ain tu? at galli dentibus carent!
—Illi quidem, minime ego.
-
2. JOHANELLUS decem asses a matre ex-
postulat.
MATER: —Quid vero egisti iis quibus
heri te donavi?
JOHANELLUS: —Eos anui tradidi.
MATER: —Rem optimam, fili mi; sed
quare in eam anum adeo es liberalis?
JOHANELLUS: —Quia bellaria (*dulces*)
vendit.
-
- 3.—Vende mihi vinum, sed quod mihi
nullo modo conjunctus sit cogno-
mine.
—Quare?
—Quia *Aquatius* vocor.
-
- 4.—Decem sunt, decem demo, et tamen
decem manent.—Quid? (Decem sunt
manuum digiti: chirothecas e ma-
nibus exuo i. e. decem coriaceos di-
gitos, et decem tamen manuum di-
giti exstant).
-
5. MEDICUS infirmum probat, auscultat
et ait: opus est te nihil omnino
agere.
INFIRMUS: Ergo in crastinum ad publi-
cum scrinium (*despacho oficial*)
adibo.
-
- 6.—Septem erant passerres in solarío
meae domus, quattuor ex iis sclo-
peto pereunt. Quot remanent ibi?
—Nullus, quia ceteri aufugerunt.
-
7. MATER: —Petre, has duas sume pese-
tas, pistorem dulciarium adi et eme
ad cenam duas placentas (*tortas*).
Unam ex iis tibi asservare valebis
et ad merendam edes.
PETRUS paulo post a furnaria revertit,
ultimum placentae frustulum edens
atque extremos digitos avide lingens,
qui dicit matri: —Hanc pesetam ac-
cipe, o bona mamma, in reposito-
rio enim dulciarius unam tantum reti-
nebat placentam, quam jam ad me-
rendam sumo.
-
8. MAGISTER: —Scisne, Candide, quid
Anglia ad septentriones habeat.
CANDIDUS: —Ad septentriones? ¿...?
MAGISTER: —Et ad meridiem?
CANDIDUS: —(tacet).
MAGISTER: —Quidem ad meridiem,
quid? ...nescis, inepte?
CANDIDUS: —Hem! ad meridiem fames
inexplebilis.
-
- 9.—Ergo Tullius caput tuum catino con-
tundit?
—Ita, domine.
—At caput tuum nec vulnus nec ictum
monstrat.
—Sed monstrat catinus, qui in frusta
sexcenta fractus, in terra conspi-
cies.
-
10. TUCCIUS patri blandiens:
—Hac nocte in somnis mihi visus es
duabus argenteis libellis me do-
nasse.
—Optime; quia vero hesterná die
recte fecisti, eas retinere potes.
- NUGATOR.